

## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,  
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

In Festo Venerabilis Sacramenti, & per Octauam Conciones octo.  
Memoriam fecit mirabilium suorum, &c. Psal 110. 1. Mysterium hoc  
credendum, non scrutandum. 2. De varia Ven. Sacramenti excellentia. 3.

...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

& Angelos docere meruit, incomparabilem etiam ingenij ad omnia diuinitatis arcana perterranda perspicaciam, æstuantem denique illum Deo seruandi eiusque Ecclesiæ iuuandæ affectum.

Quis te porrò non admiretur, orbis miraculum? ecquis non colat & suspiciat filij Dei delicium? quis non inuocet, & compelleat inter cœlites & beatos summe? Tu siquidem admiratione dignus es, cum t' spiritus illi celestes obstruuerint ac suspicerint, & magna quædam & illustrata docente didicerint, um denique scientia, sapientia, Philosophicis ac Theologicis disciplinis omnes omnia mortales antecellueris; honorem quoque & culum metris, cum eum tibi Angeli ipsi detulerint, tuos se collegas & conferuos confessi in Apocalypsi; cum te Seruator orbis in amicum telegerit, eaque honoris & amoris erga te signa ostenderit, te ut suum super peccatum & in gremio suauiter sruerit recumbere. Inprimis verò inuocandus es, quod sanctus ac beatus, ac Regi Regum sis carissimus, hodie quidem in cœlos regnanti, vi olim inter mortales agenti. Te ergo omni quo possumus affectu, sanctissime Evangelista, inuocamus, nostras tibi deprecationes offerimus, & qui possumus animi contentionem compellamus: aures postulantibus aperi, supplicibus dexteram porridge, preces nostras exaudi & præsta, vt te deprecante ex vita hac miserabilis egredi in beatum alterius portum inuehi mereamur, ad quem vitæ nostræ cymbam dirigant Pater, Filius, ac Spiritus Paracletus. Amen.



## CONCIONES OCTO

## IN FESTO VENERAB. SACRAMENTI, ET PER OCTAVAM.

## PRIMVM MIRABILE.

De excellentia Sanctiss. huius Sacramenti.

## Partitio.

- I. Mysterium hoc credendum, non scrutandum.
- II. De varia V. Sacramenti excellentia.
- III. De titulis nonnullis panis Eucharistici.
- IV. De figuris eiusdem nonnullis.
- V. De amore sedantis in cibum ac potum.
- VI. De padio fædere amoris.
- VII. De retributione amoris mutui.

Memoriam fecit mirabilem suorum misericors & miserator Dominus, escam dedicit timentibus se. Psal. 100.

## F I G V R A.

Formosa Rebecca gaudio & lætitia exultans vicinis suis & sodalibus monilia cimeliaq[ue], quæ Isaac futurus sponsus, velut ameris pinguis & matrimonij incundi arrhas misera, ostendit. Cum quæ hodi per vniuersum Christianum orbem fiant contempnor, Ecclesia mihi idem ipsum videtur imitari: vt pote quæ gaudens & exultans, pretiosum & egregium corporis & sanguinis Christi monile, quod dilectissimum illi sponsus, in amoris signum, & matrimonij confirmationem dedit, per vicos & plateas omnibus spectandum proponit & publicè circumfert.

Cum Arca Testamenti è monte Sion in pretiosum Salomonis templum deducta fuit, summo eam cultu & veneracione Sacerdotes & Leuite tulisse, Rex verò & omnis populus honore & reverentia singulari eam prosecuti dicuntur: imago aut verum potius præfigum fuit illius, quod hodi in Ecclesia Christiana

fuc.

Hic cernimus: Similem quippe processionem videmus, qua iam non arca fœteris. sed quod per illam designatum fuit. Eucharistiae Sacramentum è templo per plateas circumfertur, & è plateis templo rursus infertur: quod Sacerdotes & Diaconi tanto cum honore, veneratio neque deferunt. Reges vero & Principes, atque adeo omnis fidelium cœtus, magna animi submissione comitantur ac stipant. O processio diuina! ô supplicatio verè luculenta! ô mysterium incredibile! ô rem verè nouam! De qua plura ut dicemus, Spiritus S. auxilio opus est, & Deipara patrocinium adhibendum: quare ilius opem & huius benevolentiam postularuri in genua prouoluti, A v E M A R I A recitemus.

I. Magnus Orator Tullius de diniarum re Cic. de nat. Deor. sumis, in natura agens dicere solebat, quoties de Dijs, eorumque maiestate, potentiaque loquendum esset, quam paucissimis id verbis, & nonnisi timide fieri oportere: Timide, inquit, de potestate Deorum, & pauca dicenda sunt... Idem propemodum dixit Seneca Philosophus, cum Aristotelem dilaudat, quod dixit. Nunquam nos verecūdiores esse debere, quam cum de Dijs agitur Quod E. hinc tam sapienter de honore idolis exhibendo dixere, potiori id ego iure a-pud Christianos dixeris de honore & cultu vero summoque Deo exhibendo. Dicendum igitur, si de Deo loquendum, id quam breuis sim & nonnisi timide verecundaque fieri oportere.

Moses cum rubum ardente, in quo Angelus, qui Domini nomine dicitur, eo quod illius personam repræsentabat, apparebat, longius procedendo conspicere vellit: quam primum audiuit, Ne appropias huc, sole calceamenta de pedibus tuis. Quibus cum tacite temeritatis arguebat Deus, simulque nos omnes in eo admonebat, nonnisi summo cum periculo ad diuinorum nos mysteriorum relationem accedere, ac non sine reverentia & timore de ipsis loqui posse. Atque ut veteres Hebrei trementi confernati, Deum in monte Sinai cum loquentem audirent, dicebatque Moysi, Ne loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur: ita quoque tremere nos oportet, & pallescere, de Deo loqui dum conarum, inq; illius mysteria logius prouechi, quā cœlitus ab illo sit reuelatus.

Exod. 19. Deus in montem Sinai descendens, hoc modo Moysem prius allocutus est, Contestare

populum, ne forte velit transcedere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eius plurima multitudo. Hinc patet, quanto cum periculo coniunctum sit nimis altè euolare, diuinorumque mysteriorum cognitionem ingredi, cum mortem intentari ijs audiamus, qui nimis qui nescio quid presumentes plura interiora, multa scire conspicere getint, quam Deus permitrat aut reuelet, curiosusque inspecturi adyta diuina penetrare conantur.

In huius rei confirmationem in Numerorum libro legimus, moitem intentari ijs, qui in sanctuario curiosius sacra yasa, priscuam inuoluuntur ad alio deferendum, inspicere voluerint, Aaron & filii eius intrabunt tabernaculum fræderis, ipsi, disponent opera singulorum, & diuident quid portare quietq; debeat, alijs nulla curiositate videant, que sunt in sanctuario, priusquam inuoluuntur, alioquin moriantur, &c. Iesus Christus magnus ille Mysteria Pontifex in Ecclesiæ sue tabernaculo magna diuina cu-mystria inuoluit, & in primis venerabile Eu-riosc indi-charistæ Sacramentum, in quo sub panis & ganda non viai speciebus pretiosum corpus suum & san-guinem abscondit, nobisq; declarauit, reuelauitq; quid humeris fidei portare & posse-mus & deberemus: & sub pena mortis damnationisque nobis inhibuit, ne quamdiu in vi-tæ huius itinere versamur, eo curiositatis ve-niamus, mysteria hæc ut nudè palamque co-gnoscamus: hæc quippe hic in terra fidei ma-nibus semper inuoluta portanda sunt: Missus hi nonnisi coopteri mentæ inferendi, & visus eorum noxius est.

Inter cetera Salomonis Proverbia scri-ptum est, Scrutatore maiestatis à gloria op-primendum, & sub magnitudine illius peri-turum. Proverbum hoc prophetæ loco ha-beri dicerique automo, illum qui à curiositatis vento abruptus minutim enucleare, & au-dactor diuinam maiestatem indagare præ-sumit, ac præfertim mysteria Eucharistica, in periculo versari, ne hoc in Oceano faciat naufragium, hæcque abyso absorbeatur: quare loqui de illis periculorum, silere verò satius ac-tutius.

Idcirco fortasse factum est, ut loco verbo-rum, quæ in vulgata Psalmorum editione lo-quuntur, Te decet hymnus Deus in Sion: Hie-ron, yscio præferat, idque ad radicum He- Psalm. 64.

braicarum veritatem, *Te decet silentium Deus: id est, nihil tibi Deus silentio conuenientius est.* Inferre Propheta voluit, nihil ad credendum omnibus, quae de diuinitate traduntur, & mysteria intelligenda conuenientius aut aptius esse, quam nullum de iis verbum effari, sed silere, & silendo adorare & admirari. Quod designare Romani dum vellent, deam quamdam fixare Angeronam nomine, quae obuolum habebat os: ut hinc constaret, in iis quae diuinitatem concernant, & ad diuina mysteria spectant, os claudendum, loqui penitus inutile esse, silentium vero aptius: idem quoque ostensuri veteres AEgypti, Harpocratem pinxere, digito labra comprimentem, denotantes, in diuinis secretis, & iis quae ad diuinitatem, eiusque potentias miracula spectant, silentium, vel nonnisi quam modestissime, prudentissime loquendum esse. Alioquin, cæcorum instar, ad singulos passus cespitamus: Theologi quoque haec indagantes, simul & Philosophi hic cæcutiunt, & stuporem præfuerunt.

*Iob 37.*

Job eadem excutiens dicebat, sapientissimos quoque hic ineptire, nec tantum splendorem, maiestatemque oculis irretortis posse intueri. Non contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes. Est siquidem abyslus, in quo ratio absorbetur, Oceanus, in quo omnis mundi sapientia submergitur, & naufragium facit. Aperte hoc testatus est David, *Sapientia eorum deuorata est.* Suum quoque hic symbolum adferens Magnus Gregorius ait, hominum ingenium de Deo loqui dum geritur, quamprimum nihileitatem suam intueri, & velut in gurgite quodam abruptum, ab immensa hac magnitudine, maiestateque absorberi: quod caro de spiritu, de creatore creature, de æterni temporis subiectus, de immortali mortalitate, de lumine cæcutiens loqui præsumat. Verba illius audite, *Homo si de Deo loqui cœperit, illud quam sit nihil ostendit, quia magnitudo illius immensitate deuoratur, & quasi in profundum raptus absconditur: loquitur enim caro de spiritu, creatura de creatore, temporalis de aeterno, mortalitas de immortali, & quasi exsus de luce loquitur.* Hoc si vniuersim de Deo verum est, non minus in illis admirandis operibus, & in primis in Sacramento Eucharistie locum habet, hic siquidem pa-

*Libr. 27.  
moy. c. 25.*

rum loquendum est & multum admirandum: hic sensus seponendi, ratio exienda, axioma Philosopha contemnenda, solaque fides in ducenti assumenda: Cetera omnia falli possunt, sola fides errare nequit. Quamobrem dicendum, tres in hac nobis vita magistratos datos esse, à quibus ad rectum omnium magistrum notitiam, cognitionemque perducamus, prius ipse sensus est & experientia, quae omnia sensibilia nobis declarant, quæque nobis cum bestijs communes sunt: secundus est ratio, quæ longius procedens, aperit ea, quæ sensus excedunt: tertius vero fides, quæ longius quoque prouæcta, certa nobis persuaderet, ac patescat ea, quæ sensus & naturam transscendent, primi duo siue errant, ultimus errare omnino nequit.

Isaac iam senior oculos habebat caligantes, cumque nihil omnino flectentis coram se Iacobi cerneret, tactus enim decepit, sed auditus ad veritatem deduxit, dixit namque aurium iudicium secutus, *Vox quidem vox Iacob, manus autem Esau.* Docemur hic, cum oculos ingenij debiles & intellectum caligantem & obscurum habeamus, nihil vt in omnibus penitus videamus: siuepius à sensibus & ratione nos decipi, non vero à fide, cuius auditorius symbolum est, *Fides ex auditu.* Ideoque in huiusmodi materijs adeo sublimibus ad fidem configendum est, ceteraque omnia repudianda. Huc porro respexisse Iesus est. *Apostolus, dum ait: In suis ex fide vivit: quasi dicet,* non nisi per fidem vivit Iustus, non vero per sensus, argumenta, questiones, & rationes humanas, in his enim illa omne meritum perdit: nam vt Augustinus testatur, *fides non habet meritum, ubi ratio humana præbet experimentum.*

*Hæmorhoissa, quæ duodecim ipsos annos fluxu sanguinis laborarat, quamdiu humana remedia consulebat, & naturalia dogmata adhibebat, indies malum ingrauefecit. Fides ambat, & sanitati restituti non poterat. Idem omnino de humano ingenio dicendum est: quamdiu ratio enim sensibus adhærescit, quamdiu ratione confundit, quamdiu ratio cinari vult, nihil legit, omnino disceat, sed tunc morbus illius & ignorantia, quantum ad diuinarum rerum contemplationem spectat, crescit.*

*Magi, de quibus apud Matthæum, qui in Matt. 2. Beth.*

Bethlehem venere, & quibus stellæ noua itin-  
Fides cele- ris ducatum præbebat, quamprimum ut Iero-  
fis facula solymitanam urbem ingressi sunt, i. vbi scribae  
est, quæ in & doctores legis commorabantur, ducē illam  
hac vita il- coelestem amiserunt, atque ita lucere desit &  
luminat, euauuit Magnum sane miraculum, sed quod  
denotet, facem illam coelestem, quæ fides est,  
quaq; iam inde à baptisme in vita huius iti-  
nere ad puerum Iesum adorandum cognoscendumq; dicit, quamprimum v. mundi scho-  
las ingredimur, & scientias naturales in consili-  
lum adhibemus, aliquo modo extingui, aut  
merito saltem suo priuari.

Valeant igitur sensus exteriorès, valeant ra-  
tiones & verba argumentantium, sola fides hic  
locum occupat: hoc quippe omnipotentis Dei  
opus est, ac penitus nouum, admirabile, inau-  
ditum, paradoxum, cui nullum vñquam si-  
mile lectum aut visum, deniq; omnium Dei  
mirabilium compendium & memoria. Testa-  
tur hoc David, *Memoriam fecit mirabilura*  
*suorum misericors & miserator Dominus, eſcā*  
*dedit tizenībus ſe.* Hocq; hodierna mihi die  
velut argumentum & thema delegi, vt mag-  
nitudinem maiestatemq; sanctissimi & augu-  
stissimi Eucharistie Sacramenti sub his expo-  
nam, quod etiam tota hac octaua prosequar,  
octo illius mirabilia producens. Hodie igitur  
primo illius magnitudinem excellentiamq; ,  
ac denique magnum quem magnus Deus no-  
bis ostendit amorem, dum admirabile hoc no-  
bis Sacramentum legavit, exponam.

II. Primo igitur Regius vates de manna, quod  
Israeltis Deus in deserto dedit, loquens, hunc  
in modū locutus est. *Deus auribus noſtris au-*  
*diuimus, Patres noſtri annuntiariū nobis opus,*  
*quod operatus es in diebus antiquis: opus illud*  
*admirabile, quod H̄br̄ ei vidētes dixere, Man-*  
*nu, quid es hoc que mirabilia? quis simile quid*  
*vñquam vides?* Hodiē hoc potiori iure de Sa-  
cramento Eucharistiae reperere licet: manna e-  
nīm nonnisi figura huius erat, hic vero res ip-  
sa: at opus adeo admirabile, vt vniuersus id or-  
bis obſtupescat; opus est, quod videntes homi-  
nes simul & Angeli exclamant, *Quid es hoc?*  
videre accidentia sine subiecto, videre corpus  
non tamē vñibile corpus, quod varijs sit in  
locis, nullum tamen occupet, quantitatem de-  
mique sine extenſione, aliaque mirabilia. Quid  
hoc est? quis simile quid vñquam vides? hic

igitur dicendum est, quod de alio quodam mi-  
rabilis dixit Abacuc, *Admiramini & obſtupe-*  
*ſcie: quia opus factum est in diebus uestris, quod Abac. 1,*  
*nemo credit cum narrabitur.* Opus hoc om-  
nem admirationem & fidem superat.

Admirabilis huius operis magnitudinem *Liber de coe-*  
exaggerans Dionysius Areopagita, *miracu-*  
*lorum miraculum, sacramentorum sacramen-*  
*tum & eorum consummationem appellat. Quod Angelicus Thomas exponens ait, Sacramen-*  
*tum hoc finem & perfectionem esse cetero-*  
*rum, eo quod ad hoc, velut ad finem suum,*  
*reliqua tendant: cumque alia nonnisi virtutem*  
*à Iesu Christo communicatam ad gratiam*  
*conferendam habeant, hoc ipsum realiter &*  
*de facto auctōrem ipsum: gratia, qui Iesus*  
*Christus est, continet. Vnde bene Concilium* *Sessione 13. c. 3.*  
*Tridentinum ait, Sacramentum hoc altorum*  
*finis est & perfectione, quia cetera Sacra-  
menta ordinantur ad ipsum finem: quod exemplis &*  
*figuris notum faciam.*

Septem in celo planetæ sunt, à quorum  
virtute influxuq; quidquid hic in terra est, de-  
pendet. Sol vero inter nos Rex est, & solus ipse  
natura sua & essentia lucidus, ceteri ab ipso lu-  
men mutuantur. Septem quoque in Ecclesia  
Sacra-  
menta sunt, à quorum virtute in hac vi-  
ta omnis animarum salus dependet: at Eucha-  
ristia ceterorum Rex est, & ipsa sola totum  
gratiae authorem iā se comprehendit, cum ce-  
tera nonnisi communicatam virtutem ha-  
beant. Cuius rei egregiam in Euangilio figu-  
ram deprehendo.

Miraculo illo vino, quod in Chana Galilæa datum fuit, septem hydriæ replete sunt,  
qua coniuas in admirationem rapuere, & no-  
nios nuptios ab infamia & probro vindicarunt,  
*Erant autem ibi lapidea hydrea sex.* In exspe-  
c-tatum, & non sine miraculo productum hoc  
vinum iam tum augustissimi & sanctissimi  
Sacramenti imaginem gerebat, quod sub panis  
& vini speciebus venum & reale Christi corpus  
continet: atque vt vinum hoc sex impluit hy-  
drias, ita quoque pretiosus ille sanguis sex a-  
lia Sacra-  
menta replet, iisque gratiam confert,  
atq; idcirco fontalē Sacra-  
menta vasa gratiae  
vocitantur.

Oeconomus Pharaonis videbat in somnis *Gen. 41.*  
culmum, ē quo septem spicæ referuntur turgidae,  
que germinabant: *septem spicas pullulabant in-*

*Ecc. 3. culmo.*

**Sacramenta 7. similia spicis septem.**

culmo uno plena atq; formosa. Somnium hoc in veritatem conuertendo dico, culmum illum sanctissimi Sacramenti imaginem fuisse, & spicas aliotum. Ex Eucharistia enim velut è culmo Baptismus. Confirmatio, Ordo, aliisque velut septem frumenti spicæ, quæ Ecclesia horrea gratiæ frumento complent, & quibus fideles omnes ea nutruntur (inxtra Prophetæ vaticinium: *Et adipe frumenti satiat te*) pullulant atque originem trahunt. Adco ut ceteri non nisi riuiuli sint, hoc vere oceanus, fons & securigo.

**Psal. 147.**

**Axioma Philosophicum.**

**Gen. 27.**

**Erom. 23.**

In omnibus omnino rebus naturalibus semper vnum quid ceteris in eodem genere prædominatur: in corporibus quidem luminosiss Sol alius est splendidior, inter metalla principatum sibi aurum vindicat, inter animalia excellit homo: In uno quoque enim genere datur vnum primum, quod omnia illius genera superat. Ita quoque in Sacramentis Eucharistia prædominatur, causa est amor, sapientia primo inuenit, potestas vero a i opus produxit. Confirmantem hoc audamus Augustinum, Reliqua Sacramenta quæ in Ecclesia tenentur, suspenda sunt & veneranda, sed i studiū tuum Domine Sacramētū p̄c̄ellit vniuersa. Amplius aut maius desiderare non poterat homo, cum quid maius aut dignius dare non posset Deus.

Repræsentatum hoc est in historia Esau & Iacobi: profanus enim Esau auditio fratrem primogeniture iura surripiendo inuasisse, & paternam benedictionem abstulisse, lacrymabundus & cieulans ad patrem accurrit, aliam postulaturus. Sed respondit Isaac frumento & vino & oleo stabilui eum, & tibi posui hec filii mi quid faciam? quasi diceret, hæc omnia cum dederim, quid amplius dem non habeo, plura tibi praestare non possum. Sacramenti Eucharistici hæc vmbra fuit, de quo hoc ipsum v̄re dicere possumus: Nam Sacramento hoc dato (in frumento enim & vino designatur) & Spiritus sancti vincione, cuius figura erat oleum, maius dare non poterat Deus, ne nos amplius quid sperare vel eminentius, quam post perfectum vitæ curriculum gloriam. Atque ideo Sacramentum hoc mensa Principum dicitur & potentium.

Salomon ad litteram de morum ciuitate loquens, sed mystice & anagogice de sublimi hoc mysterio ait, *Quando sedem, ut comedas*

cum Principe, diligenter attende, que apposita sunt ante faciem tuam. Hæc quidem vulgariter lectio. Sed in alia versione legitur: *Quando sedem in mensa potentis.* Vere enim in hoc Sacramento (cuius mensa symbolum est) potentiam suam ostendit Deus, omnes vires patefecit, omniaq; mirabilia velut in vacuū compiegit. *Memoriam fecit mirabilium suorum.*

Promisit olim Iudaico populo Deus, ut scripsit Exod., ptura tradit, terrā lacte & melle abundantem: *Eteducam de terra illa in terram bonam & fatisam,* in terram que fluit lacte & melle. Ad litteram scio omnia hæc de terra promissionis dici, quæ fertilis erat & fera ut quæ maxime at mystice aūsim asservare hoc de Eucharistico Sacramento scriptum esse: ipsum enim vera terra abundantia est & mellea referta, terra pronaissa & sperata à fidelibus: vnde Psaltes, *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus:* terram inquam, in qua duo sunt colles, è quibus lac & *psal. 67.* mel nullo non tempore emanant: vnde Pro. Ioh. 3, pheta, & Ioh. imprimis ait, *In illa die stillabitur montes dulcedinem, & colles fluent lac.* Colles a- Humanitate deo alti, vñus, qui diuinitas ipsa, omnem Christi in hominum captum & ingenium excedens, ultra hoc Sacramētū cœcum extollat, omneq; creature mentis obtranscendat: alius, qui ipsa humanitas propter uata, hypostaticam verbi uisionem, Angelis sublimior sit; imo & sole species sacramentales, quod ad carnem Christi accedant, adeo extolluntur & tantâ dignitatem obtinent, ut veluti incorporate ciues ac substantiae sint, sine velo subiecto subsistentes, adeo ut & nutritant, & quod amplius, virtutem effectuam ad gratiam hominibus conferendam habeant, aliosque spirituales effectus edant; iisque ex multorum ac magni nominis Theologorum sententia.

Nemini vero hic nouum aut mirum videatur: neque enim ipse solus hoc sentio, sed mecum omnes, quotquot de hoc Sacramento Theologi scripsere: sed fixum hoc & indubitatum habeatis velim: Christum corpori suo & carni honorem haberi dum vellet, inter alia venerabile hoc Eucharistie Sacramentum instituisse; in quo humanitas nostra in tantum extollitur, ut diuinitatem præcedat, & velut domina hanc sibi subiicit: confit enim ad vim verborum consecrationis corpus Christi in altari produci-

ad d-

ac deinde diuinitatem accedere: primo enim, inquit Theologi, per verba consecrationis producitur corpus Christi. Cum tamen in incarnatione secus factum sit; primo enim apparuit diuinitas ac velut domina praesens; humanitas vero non nisi serua ac pedissequa. O mirabilia! Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus.

*Matth. 13.* Apud Matthaeum sub parabolâ inuolucris sermo est de thesauro in agro delitescente, *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro.*

Varia & discrepans Patrum de hoc thesauro expositio est; fidem in hoc denotari credit Ambrosius; Verbum Domini in scripturæ enigmatis inuolutum Augustinus & Hieronymus, sapientiam Origenes, verbum aeternum sub mortalitate nostra absconditum Hilarius, Christum ipsum Itenæus; euidem parabolam in veritatem, & figuram in mysteria conuertendo dico: Christum vere hic designari, sed sub speciebus sacramentalibus in Ecclesiæ nostra agro absconditum. Ecquis thesaurus? alius haud dubie quam ille, cuius Iosephus meminit, è Davidis sepulchro erutus, qui tria talentorum valebat milia, id est, nostra supputandi ratione decies & octies centena coronatorum milia; thesaurus enim, qui sub speciebus sacramentalibus delitescit, maior haud dubie pretij est; nam ipse diuinitas Deus hic habitat, ipse thelaorum omnium Dominus, bonorum omnium reconditionum, & rerum omnium origo, in quo thesauri sapientia & scientia Dei reconditi: hoc è thesauro pretium redempcionis nostra de promptum est, unica sanguinis gutta ex hoc educta ad mille etiam mundos redimendos sufficiebat. Dicite igitur, num Sacramentum hoc vere eximum & præstans sit? sed longius iam prouechar, & è S. Scriptura omnes illius titulos ac præconia recensabo.

III.  
Paulus est  
celo de-  
scendens.  
*Ivan. 5.*  
*Psal. 104.*

Primo igitur dicitur panis è cœlo descendens, *Hic est panis, qui è cœlo descendit*, ait Euangelista, Psalista vero, *Panem cœli dedit eis*, idque ad distinctionem panum cœlestium, & ipsius etiam mannae, quod non nisi ex aeris regione prodibat; hic vero è summo cœlorum descendit cacumine, & quem panis ille, de quo Salomon in Proverbis loquitur, quique de longe naui deuenctus est, se-

præsentat, *Facta est quasi nauis inßtoria de longe portans panem: institutor hic Christus est, natus Ecclesia, panis vero sacramentum, in quo verus animarum nostrarum cibus continetur, at qui de longe venit, è cœlo namq; descendit, A summo cœlo egresso eius.* Atq; ut panis, qui nauibus vehitur, bis coctus est; ita panis hic cœlestis, qui in Ecclesia naui reperitur, bis coctus est & bis genitus, semel ab æterno in finu Patrii in cœlo, deinde in tempore in utero virginis hoc in mundo.

Secundo dicitur panis vitæ, *Ego sum panis vita.* Et paulo post, qui manducat ex hoc pane, *viuet in æternum.* Ita dicitur, ut pateat disserendum, quod hoc inter Sacramentum & ceteros terræ cibos est: mundus cibis, deliciis, perculisque exquisitis abundat; sed cibi sunt mortuorum & unico hoc pane excepto, nullus vitam dare potest; atq; ideo panis sudoris & laboris in Genesi dicitur, *In sudore vultus tui veseris panem tuum:* Psalmista panem lacrymarum nuncipat, *Cibabis nos pane lacrymarum;* Et alio loco panem doloris, *Qui manducaris panem doloris.* Sapienti vero panis mendaci & fraudis est, *Ne desidereris de cibis eius, in quo est panis mendacij.* Sed in solo hoc Sacramento verum repertus est panem, & verum panem vitæ, sed panem, qui esse desiit panis, & in carnem transfigit Christi, idque ad vitam dandam hominibus; *Panis quem ego dabo, caro mea est promun- di vita.*

Appellatur tertio panis Angelorum, *Panem Angelorum manducavit homo;* quod cibus quidam lectissimus, cœlestis ac diuinus sit; vel quod qui illum recipiant, angelicam præse ferre puritatem debeat, ac velut Spiritus quidam cœlestes, pure, castæ, sanctæ & immaculatae conuersationis. Ecquis tibi honor exhibetur, homo, cum à mensa bestiarum sequistratus & ablactatus, ad panem angelicum admotus es? an non meministi eius, quod Redemptor olim Chananae ait, *Nos estis bona sumus panem filiorum, & dare canibus.* Scio ad literam hic doceri, iniquam esse Iudeis veris Dei filiis gratias & miracula auferre, quæ ilorum panis quotidianus erant, illa ut Chananaeis & infidelibus, qui ferino & canum more vitam agebant, darentur: sed non obstat, quo minus mystice hoc denotat, non esse bouum & vule Angelos cœli filios.

*Lib. 4. ad.  
vers. hanc.*

*Lib. 13. an-  
tiqui. c. 5.*

*Matth. 15.*

filios sacramenti huius contento priuare, & hominibus, qui ut canes & peccatores in terra viuebant, ipsum conferre. Ipse scilicet panis regius est, qui vitam dat, qui Angelos & Cherubinos recreat, qui cœlestes spiritus reficit, quemque hominibus Deus communicare desiderat, quod egregia figura reddet manifestius.

*Dan. 14. in locis Hebraicis.* Angelus apud Danielem, Abacum prophetam, qui prandium messoribus parauerat, comis abeptum in sublime extulit, eque ludea in Babylonem transiit: inque lacum stitit, in quo Daniel inter leones vincitus tenebatur, dicens: *Daniel seru Dei tolle prandium, quod tulit tibi Deus.* Notate hic Allegorici, Abacuc, ut notauit Hieronymus, Hebreice significare luctatorem, as pugilem, & in hoc Ier. Christum Dei Filium, qui cum Diabolo humana natura assumpta luctatus est, significare. Validus autem hic pugil prandium in celo messoribus suis (de quibus Matthæus loquitur: *Messores sunt angeli*, qui tempore messis generalis bonos in hoī rea Domini inferent, impios vero in fasciculos compactos flammis tradent) parauerat: sed cum generis humani, quod in Babylonica mundi huius capititate detinebatur, & in medio Leonum constitutum, dirissima excruciatibus fame, cum miseratio tangeret, hunc ei cibum destinauit, bestias pascit, Leones reficit, aque peccatoribus comedit vult. Audite quid hic Propheta dicunt: *Suscepimus nos sicut leo paratus ad prandium, & sicut catus leonis habitans in abditis.* Quid? an non conceptus hi placent? sed producam & alios.

*Matth. 18.* *Psal. 16.* Quarto augustum, venerabile & adorandum hoc Sacramentum in Euangeliō panis supersubstantialis dicitur, vel transsubstantialis. Quod enim sanctus Lucas in oratione Dominica dixit: *Panem nostrum quotidianum, alio quodcummodo extuli: Matthæus: Panem nostrum supersubstantiale: utrumque autem de Eucharistico pane loquitur, & testis est Cyprianus in Dominicæ Orationis expositione; cui suffragatur quoque D. Augustinus: faret quoque textus Græcus, in quo dicitur legimus, quod latine interpreteris transsubstantialem. Ut hic evidens fiat, Sacramentum hoc, quod ordinamus & communis animarum nostrarum pa-*

*Luc. II.* *Matth. 6.* *Lib. 2. de ser. Dom. in monte.* *II. Figuræ SS. Eu- charistie Gen. 14. Gen. 14. Levit. 14.* *Iohann. 6.* *Apost. Exod. 16. Numerorum liber inde* *iam inde à mundi primordio Sacramenti huius institutionem praecellere, percurgere vo- luerimus. Non loquar hic de arbore vitæ, quæ in æterno paradise plantata fuit, quæ in omnibus penitus fuit admirabilis: non feram hic sarcinam Melchisedech, cum panem & vinum Abrahà à confliictu redeunte Deo obtulit: pa- nes propositionis hic tacebo in auctoritate coram maiestate diuina mensa positos: de Agno Pa- schali verbum non dixerim, qui tot auctoritatis cœremonijs per tribus Hebraicas comedebatur, sed unicam Mannæ figuram satis mihi fuerit retulisse: nihil enim est, quod melius ma- gitudinem, maiestatem & excellentiam Sa- cramenti huius exponat aut repræsentet quam manna. Quod & ipse Christus in exemplum adducit Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem, vi- uet in eternum.*

nis est, ceteras creaturas transcendere, omnes substantias excedens, atque omnibus categorijs supereminens. Ita porro hoc exponit Pius Cassianus: *Deo sicut dicitur, quia super omnes Collat. 3. substantias est, omnesque creaturas magnifica- tia & sanctitatis eius sublimitas excedit.* Idem quoque habet Ambrosius, forsitan quoq; hoc nomine dictum, quod non panis quidam com- munis, quo corpus nostrum reficitur, existat, sed quo anima regifice enutritur: Ita porro sentit Augustinus, vel etiam, quod cibus quidam inter omnes preiosus sit, vt pote qui de diuinitate humanitateque Redemptoris par- ticipet, quibus ferculis nulla digniora lectio- raque in celo terrave cogitari aut dari que- unt. In quo Hieronymum & Diuum Thomam sequor, & vos mecum omnes assuera- bitis, magnam Sacramenti huius excellentiam esse.

*Hieron. Matt. 14.* *At plura etiam cognoscetis, si figuræ, quæ in auctoritate coram maiestate diuina mensa positos: de Agno Pa- schali verbum non dixerim, qui tot auctoritatis cœremonijs per tribus Hebraicas comedebatur, sed unicam Mannæ figuram satis mihi fuerit retulisse: nihil enim est, quod melius ma- gitudinem, maiestatem & excellentiam Sa- cramenti huius exponat aut repræsentet quam manna. Quod & ipse Christus in exemplum adducit Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem, vi- uet in eternum.*

*Ioannes, manna huius occasione in Apo- calypsi de manna quodam abscondito locu- tus est, quod victoribus se clavigitum pro- mulgit Deus, simul calculum ignitum, vinci- ti, inquit, dabo edere manna absconditum, & dabo illi calculum candidum. Omnes hie sibi Patres persuadent sermonem esse de Sacra- mento Eucharistie, & ad verius manna allu- sionem fieri, quo Hebrei in deferto tot annorum spatio in solitudine sunt enutriti, vt Exodus & Numerorum liber testatur, ac de-*

nde Apostolus prima ad Corinthios ynum alteri comparat. Dicitur porro absconditum manna, quod hoc in Sacramento sub speciebus externis verum Christi corpus abscondatur, adeo ut aliud videatur oculis, aliud fide teneatur. Hoc autem modo locutus, ad Hebreorum manna allusisse videtur, quod in arca testamenti aureæ inclusum viræ assertabatur, quod cum Bethsamitæ curiosus intueri vellent, ac temere inspicere, ingentem stragam passi sunt. dicitur autem manna ab sconditum, quod occulta & abscondita quædam ratione ibidem continetur: quod miraculum Iaias agnoscens, admirans exclamat, *Tu es Deus absconditus, in mysterio scilicet SS. Trinitatis sub ineffabilibus generationis illius æternæ mirabilibus, Deus es absconditus in mysterio incarnationis, in qua sub humanitate nostra velo lauisti, Deus es absconditus in venerabili altaris Sacramento sub speciebus sacramentalibus, & semper manna absconditus est.* Quot vero sunt inter manna & Sacramentum hoc similitudines, quot simpatiae & affinitates, è quibus nouam illius dignitatem & excellentiam discere licet?

*Exod. 16.* Primo manna non nisi de nocte celo de secedebat, & à nullo occulta haec pluia percipiebatur: per noctem vero fidem intelligimus, quæ vere tamen inuisibiliter creditur secundum Chrysostomum in Eucharistia contineti.

*Sacramenti.* Secundo bonissi in castra Hebreorum dephuebat, non vero inimicorum, quod Sacramento huius consecratio in Ecclesia nostra dum taxari reperiatur, idque per Sacerdotes legitimos, apud haereticos vero & schismaticos nulla mensa huius communicatio, sed de iliorum menta illud Propheticum dici potest, *seperatum est coniuicium eorum & calio loco. Sacrificia eorum quasi panis iugentum, omnes qui comedunt illum, contaminabuntur.* Cyprianus & Hieronymus locuti hunc de haereticis & schismaticis intelligunt. omnia enim apud illos mortua sunt, fides, mores, doctrina, panis eorum immundus, & epula eorum mere fordes & contaminationes.

*Hieron. in comment.* Tertio manna in celo paratum fuit, & filii Israhel datum, quandiu in deserto agerent, & cum terram promissionis ingressi essent, ordinarius ille & astuetus cibus dari desis.

*Bess. de Sanctis.*

Idem omnino de Sacramento hoc dicendum, tam diu hoc ipsum nobis dari, quam in vita huius solitudine viuimus: at ut eadem egressi sumus, & ad patriam coelestem peruenimus, cibus hic dari desinit, nec iam in figuris & signis, sed facie ad faciem Deus videtur. Quod in Exodo egregie declaratur. Omni hebdomadæ die manna vberissima cœlo depluebat, at Sabato, qui dies quietis & vacationis, ne mica quidem decidebat. Quo docemur per vniuersaliter *Exod. 16.* vita huius hebdomadæ manna hoc in altare nostrum descendere, & in animarum alimentum dari, sed in magno alterius vita sabato, ubi requies futura, nullum amplius Sacramentum sub speciebus occultatum, sed hominibus, simul & angelis spectabile fore.

Quarto denique cum manna descenderet, *Insignis Allegoria.* ros quidam tenuis ac subtilis cum eo descendebat, ita quoque in augusto hoc Sacramento, cum vero manna, quod est corpus & sanguis Iesu Christi, gratus & benedictionum cœlestium ros descendit. An non igitur è tot mirabilibus de mysteriis huius excellentia dijudicante possumus, & audacter hic exclamare: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, eam dedit timentibus.* *je.*

Vere inquam hoc memoria & compendium est omnium Dei omnipotentis mirabilium: tunc, teste Hieronymo, Sacramentum hoc institutum est, quando Aegypto egressi eramus, quando agnus, qui tollit peccata mundi, immolatus fuit, sanguine illius estia domorum nostrarum & animarum frontispicia tintæ fuit: quando etiam omnia quæcumque prædictarant de Christo Prophetæ, completa sunt, quando legalibus ceremonijs finis impositus, quando umbræ in veritates transiere, & veritas figuris iucessit. Quidnam mirabilem comprehendimus?

Christus templum Salomonis olim ingressus mensas & officinas nummulatiorum ecclæsiasticis intelligunt. omnia enim apud illos mortua sunt, fides, mores, doctrina, panis eorum immundus, & epula eorum mere fordes & contaminationes.

Quando agnus paschalis per Hebreorum

familias fuit immolatus, & sanguine illius

*Matth. 27.*  
*Tract. 13.*  
*in Ioan.*

destruxit, & omnia veteris legis sacrificia abolevit.

Ff postes

postes & superliminaria tincta , tunc omnes inter Moysem & Pharaonem controuertere finem habuere, tunc captiuitas abrupta , & verum libertatis felicitatisque augurium . H's omnibus futura Christianorum felicitas in Eucharistia huius institutione significabatur : vix enim verus ille agnus Paschalis datus & immolatus fuit , non quidem cruentus , sed inquietus in sacrificio Missæ , quin omnes hominem inter & Diabolum controuerteret . Ilesque dilecti mortales sint , tyrannis illius finem accepit , captiuitatis nostræ vincula sacramenti abrepta sint , atque omnes figuræ completae . huius insti- An non igitur eximium & admirabile Sacra- mentum liber- mentum ? an non Sacramentum amore & di- tatis nostra lectione plenum , quodque Salvator hominum signum instituit , vt hinc homini constet , quanto Deus illum sit amore prosecutus , & affectum singularem hinc percipiat ? De hoc in secula orationis parte loqui decreueram , verum vero est benignis dicentem auribus accipere .

**V.**  
Deus insi- gnem a- morem homini in Sacra- men- to hoc o- stendit .  
**Philip. 2.**  
Conc. 1. sū- per Psal. 33. & Ierm. 7. de temp.  
z. Reg. 9.

Si Sacramenti huius excellētia magna est , amor , qui hic se exercit & paretur , non minor est , magnum enim amoris ligium est , Deum , qui ipsa est magnitudo , adeo se humiliasset , vt sub simplicibus accidentibus absconditur , inquit cibum se ad creaturas entriendas mutari . In mysterio incarnationis verbum aeternum magnum amorem ostendit & humilitatem , cum è Deo qualis erat adeo se deiecerit , seipsum exinanierit , servii formam accipies , & pauperis figuram induens . Exinanitus se- metipsum formam servi accipiens , & habitus inuenitus ut homo : at in Sacramenti huius in- stitutione maiorem haud dubie ostendit , cum omnem maiestatem exitus & oblitus adeo se deiecit , ut cibi panisq; formam accepit , quo corporis & sanguinis sui Sacramento animas nostras mirabiliter quadam ratione pascere . Hinc exclamat merito Augustinus , Vide te ergo humilitatem , quia panem Angelorum manu- duscas homo , ut scriptum est , Panem celi de- di cis , panem Angelorum manducavit homo , id est , verbum illud quo pascuntur Angeli sempiternum , quod est aquile Patri , manduca- uit homo , &c.

Insignem profecto amorem affectumque David erga M'phiboseth claudum mancum que ostendit , quando illum quotidianum

measæ suæ coniuiam esse voluit , dicens , Et tu comedes panem in mensa mea semper . Sed Dei Regis Regum erga hominem amorem cœlum terraque magis admirantur , cum illum mensæ suæ adhucbet , scilicet illi in cibum dat , erga hominem , inquam , qui adeo miser , manus & claudus per omnia corporis & animæ membra , cum ipse est contra tam potens , altus magnusque sit Monarcha . Hunc affectum ad- miratus Psalmista exclamat gratias agens , Prae- Lib. 3. Epis- rasti in conspectu meo mensam : quod S. Cyprianus & S. Augustinus de Eucharistia interpre- Lib. 27. da- ciunt . c. 28.

Solent in hoc mundo proci , qui ad honestum matrimonium aspirant , passiones suas & ardorem iatrinsecum testantur , & puellarum quas ambiunt eorum emolliunt dona cimetiæ , & edulcia effici grauissima mittere . Quod ad dona , videte illa quæ Isaac spōsa suæ Rebecca Gen. 24. misit , protulit vir in aures aureas appendentes filios duos & armillas totidem . Et dilectus sponsa suæ in Cantici loquens , murenulas aureas fasciemus tibi . Quod ad cibos vero deli- catores , audite quid parvus ille & amotum conciliator Vagio dixerit ad formosæ Judith cor & animum Holosorni domino suo parandum . Non vereatur bona puella intrare ad Domum meum , ut honorificetur ante faciem eius , Jud. 12. ut manducet cum eo & bibat vinum cum in- unditate . Putabat enim ille dedicationibus cam epulis seducere .

Ita quoque munus Redemptor , sancto quodam amore , eu'que similis nullus vñquam extitit , ad humanæ naturæ cor emolliendum , sauciis , futuri matrimonij tempus expectans , cuius sponsalia in incarnatione peracta fuerant , magnum hoc & excellens Eucharistiæ monile illi dedit . Sacramentum hoc in cibum omnium exquisitissimum contulit . David hoc aperte testebitur , Quam magna multitudo Psal. 30. dulcedine tua Domine , quam abscondisti ti- montibus tecum . Abscondita haec dulcedo corpus Christi est , sub speciebus sacramentalibus . O amorem incredibilem ! o affectum ineffa- bilem !

Hic latius excurrens Chrysost. ait quemadmodum Deus Pater suum in nos amorem te- staturus , quidquid dari poterat , nobis in incarnatione dedit , vnicum nimurum Filium suum , ut in Evangelio scriptum , Sic Deus d'lexit Ioan. 3. mundum ,

*mundum, ut filium suum unigenitum daret, ita quoque in Sacramento Eucharistiae quidquid habebat pretiosum, carnem nimirum & sanguinem dedisse. Quod extremi cuiusdam amoris argumentum, quin etiam post Sacramenti huius institutionem, dixit Evangelista, Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos, id est, corpus illis suum in hoc Sacramento constitens, ad extrellum usque amoris punctum, & summa dilectione eos se dilexisse testatus est, adeo ut maiorem amorem ostendere non posset.*

*Nathan Propheta a Deo ad Dauidem mis-  
sus, illum ut adulterij & homicidij argueret,  
diuinitus edocetus, ut Regis affectum passionemq; in benignitatem conueteret, & ad iustitiae zelum accenderet, peccati turpitudine  
& Vrte in uxorem affectu ob oculos posito,  
ait illi, eam ut ouiculam fuisse, quae de pane illius comedederet, & calice biberet, ac filiae riu in sinu dormiret, de pane illius comedens, &  
de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens:  
eratque illi sicut filia Christi in nos amor longe etiam maior: cum enim nos ouiculae instar  
educaferet, (Nos autem populus eius, & quies pa-  
scue eius, proprium nobis cor in escam, & san-  
guinem in potum dedit, nosque ut proprios  
dilexit & complexus est filios, nec vero pane  
duntaxat sue nos educat, velut Vrta, sed men-  
sa quoq; suae affidere cogit, & se ipsum in ci-  
bum largitur.*

*Sacra scriptura Ionathae amorem erga Dauidem exaggerans ait, animas amborum in-  
uicem conglutinatas fuisse, & Dauidem a Io-  
natha velut alterum se dilectum: *Congluti-  
nata erat anima Ionathae anima Davidi, & di-  
lexit eum Ionathas quasi animam suam, quod  
ipsum etiam re ipsa testatus est, dum tunica se  
spoliavit sua familiariter & intimum suum  
cooperturn, expoliavit se tunica sua. At maior  
illius in nos affectus fuit, qui proprium no-  
bis dedit corpus, quod animae, imo & diuinitatis,  
quaer hic delitescet, tunica, nobis ut in  
cibum cederet, quo non anima solum, sed &  
corpo corpori nostro conglutinaretur, cum  
Christus magis quam propriam nos vitam di-  
lexerit.**

*Ambrosius & Augustinus magna Eccle-  
sie lumina, amorem Dei erga hominem,  
quem in incarnatione ostendit, egregie ex-  
plexerit.*

*aliant, quod vterum Virginis ad hominum  
redemptionem subire non detrectarit, Tu  
ad liberandum suscepturus hominem non  
horruisti virginis vterum. Sed amor, quem in  
Sacramenti huius institutione, quo in cibum  
& potum se nobis dedit, declarauit, longe ma-  
ior est, quando in intimum anime nostrae de-  
scendit.*

*Vterus Virginis gratiarum & virtutum  
thesaurus erat, sed pectora & stomachi no-  
strri cloaca sunt, & fornicæ, in quibus nihil nisi  
fores & immunditiae apparent. Scribe &  
Pharisei inuidiæ cœstro acti, & rancore abre-  
pti, Apostolis exprobabant, quod cum pecca-  
toribus & publicanis manducaret magister il-  
lorum, Nec scitis viperarum genimina, inuidi,  
& maligni, quid Dei sit amor? Hæc enim di-  
uini affectus indicia, signa, & argumenta  
sunt: At longe maiorem ostendit affectum,  
cum hodie se in cibum & alimento dat, non  
nisi manducare cum peccatoribus & publi-  
canis solebat, at iam eorum cibus, alimen-  
tum, esca & ferculum est, o amorem ineffa-  
bilem!*

*Ioseph Patriarcha cum fratres suos do-  
mum dimitteret, suum in illos affectum ut  
patet faceret, cibos illis in viaticū dedit. Nihil  
hic admirandum occurrit, erant enim fratres,  
& omnes honesto loco nati & bonæ vitæ. Sed  
Christum, priusquam ex hoc mundo abiaret, &  
mortem oppeteret, Apostolis suis, qui eum  
deserturi erant, imo & Iudei, qui tam nefari-  
ani animo proditionem moliebatur, corpus  
& sanguinem ad illos enutriendos, nosque de-  
inde in vita huius itinere dedisse, omnem ad-  
mirationem transeundit, nihilque ymquam  
simile visum.*

*Sponsa in Canticis hunc amorem senti-  
ens, & reciproco amore astuans sponsum al-  
locuta est, & osculum ab eo petiit, dicens,  
Osculetur me osculo oris sui, quasi ad hoc sa-  
cramentum alludens diceret, Hunc mihi a-  
morem exhibeat dilectus, os meum carne sua  
tangat, meisque labiis suum applicet, illum ut  
velut animæ cibum recipiam. Conceptus hu-  
ius author est sanctus Ambrosius, Ecclesia Sa-  
cramenta mirabatur, & ait, Osculetur me oscu-  
lo oris sui: cui addo, si hoc illa de omnibus in  
genere Sacramentis, quid dicturam illam  
fuisse credimus, si Eucharistiam vidisset? Hic  
Ff 2*

VI  
Cant. I.

Lib. 5. de  
Sacra. c. 2.

siqui-

**Eucharistia**  
Sacramen-  
tū reconciliatiōnis.

Siquidem Creator creaturas osculatur, & Deus homines basiatur.

Atque hinc est, quod Augustinus & diuus Thomas Eucharistiam, *Sacramentum reconciliationis* vocent, quod ut intelligatis, scendum est, veteribus in more fuisse, vt foedus inituri panem sumerent. Quod etiam symbolo quadam suo exposuit Pythagoras, dicens, *Panem ne frangito*, id est, amicitiam pane initiam ne dissoluas. Mirum porro, Romæ, Sulla dictatore, dum panis in mensa frangetur, sanguinem inopinato effluisse, quo portento designabatur, ciuibus per Marias & Sullanas seditiones excitatis bellis plenum sanguinis effusum iri, magnam stragem edendam.

Non omnino abs re fuit, quod de futuri Messiae saeculo praedixit Psalmographus, ipso regnante felicet fore, vt iustitia floreret, & pars vbius terrarum dominaretur: *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis*: & qua ratione hoc futurum esset, aperiens ait, *Eterit frumentum in summis montium, quo loco Hebraicè legitur*, *Erit placenta frumenti in capitibus sacerdotum*. Quod doctissimus Galatinus libro de veritatis Catholicæ secretis de hoc mysterio & Eucharistiæ Sacramento intelligit, quæ quotidie ultra Sacerdotum caput sustollitur, verum sane Sacramentum amoris & reconciliationis, vbi Deus & homo simul manducant, aut homo Deum potius sub panis & vini speciebus manducans, Deo suo reconciliatur & arctissimam cum eo necessitudinem contrahit.

**Antiquorum mos in foedere in- cuido.**

Apud Caramanes, suum vt amorem testatum facerent, & foedus initum iniulatum fore declararent, moris era sanguinem venis educere, eunque sibi mutuo in potu praebere. Si yha vero pateras sanguine replebant, quem deinde exhauebant, Medi & Lidi sub axilla venas aperiebant, è quibus alij sanguinem exuebant, alij vero minus barbari & ad humanitatem propensiores animalia mactabant, eorum sanguinem educebant, carnesque duas in partes dissecabant, ac deinde foedus inituri inter vitramque partem transibant medij. Quibus ritibus designare solebant, morte illum dignum esse, & in frusta concidi merci, qui foederis pacta conuenientaque violaret.

Nemini vero hoc vanum aut fabulosum videri debet, illius enim rei exemplum in Gen. 15, nesci legere est. Deus enim & Abraham dum foedus inirent, animalia mactata sunt, & sanguine illorum tellus respersa, & per medium Deus transiit: *Et lampas ignis transiens inter divisiones illas*. Cur autem rationem subnecet, In illo die pepigit Dominus foedus cum Abraham. In Exodo ipsum etiam longe est manifestius, cum Moses sanguinem holocaustorum in manus sumeret, & eodem altare respergeret, simul & vniuersum populum, *Hic inquit, est sanguis foederis, quod pepigit Dominus vobis*. *Exod. 24*, uixta veterem igitur hanc consuetudinem sacramentum hoc, sacramentum amoris & reconciliationis dicitur, eo quod in ipso Deus nobiscum reconcilietur, & cum ho- In Sacra- mine amicitiam contrahat, suum hic corpus mento Eu- dat manducandum, pretiosum vero fan- charitatem sanguinem ad bibendum, hoc foedus, pacis haec homo se- pacio, amoris, & amicitiae nostræ sy: nbo- dus init cum Deo.

O Sacramentum igitur dilectionis! o my- sterium amoris! o amica coniunctio! o San- ctissima vnoita scilicet exclamat Chrysostomus, *Cogita qualis si insignitus honore, quali mensa fruaris, quod Angeli videntes horrestrum, ad pop. neque libere audient intueri, propter emicantem tuoch. inde splendorem, hoc nos pascimur, huic nos uni- mur, & facti sumus unum corpus Christi & una caro.* Ecce quisnam ille amor ex parte Dei, quæ vero hominis, hoc nomine erga illum re- ciproca obligatio?

Iacob Patriarcha cum procul à patria ab- esset, & in agro erraret vagabundus, oculos Gen. 28, ad celum conseriens, hoc votum Deo fecit, si dederit mihi Dominus panem ad vescendum, erit mihi Dominus in Deum, & toto vita mea tempore seruam illi. Quintu, o homo, para- diſo ciecle, perque vita huius deferta va- gans, cui tamen Deus Angelorum panem in viaticum & alimentum dedit, eodem te voto obligas, quin & sancte profiteris, nullum alium te Deum agnitorum, quam hunc ipsum, & illi toto vita tempore fidele obse- quium praestitum? Vterque Tobias & pa- ter & filius collati sibi celitus beneficij ma- gitudinem perpendentes, quod Angelum hospitio suscipere meruissent, quid Deo il- lo nomine sepperderent, recesserant, & bene- ficia

ficia ab Angelo, quem hominem putabant, recepta exaggerantes, dicebant, *Per ipsum omnibus bonis repleti sumus, quid ergo poterimus ad hoc illi dignum dare?* Eodem modo contemnere anima Deo deuincta, hoc interdum tecum sola repepe, consideransque Deum, proprium tibi dando corpus; omni bonorum genere te replete, perpende sicut eadem opera, quid tantis beneficiis dignum illi rependerem posse, *Per ipsum omnibus bonis repleta es, Quid ergo poteris ad hoc illi dignum dare?* Si Tobias variis Angeli beneficia tanti fecit, quanti porrò Dei tui, qui summus Angelorum princeps est, beneficia te facete par est?

*Gen. 39.* Ioseph seruus Putipharis cùm ad nefarium adulteriumque à Domina concubitum plicetur, non alio vmbone pellacis mulierulae preces follicitationesque tudit; quam affectu & amore, quo Dominus illum prosequebatur, quod & re ipsa probans omnia sibi in manus tradita, nulla re excepta afferuit, audiatius ptdicū adolescentem, *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignoras quid habet in domo sua,* & non est quidquam, quod non sit in mea potestate, vel quod non tradiderit mihi. Quanto potiori iure te, anima mea, par est, cum à maligno mundi amore oppugnaris, hoc modo defendere, amoremque quo te Dominus tuus prosecutus, velut clypeum obijcere? An non amo ē tibi ostēdit, cùm nihil omnino in domo sua habuerit, in celo, in terra, deniq; in vniuerso mundo, quin in manus tuas tradiderit? dedit tibi quicquid dare poterat. *Filiu, Spiritum sanctum, hoc Sacramentum, corpus sanguinem, animam, diuinitatem, humanitatem, ceteraque filii sui Iesu Christi merita.* quomodo igitur post tot illum beneficia non diligis? quid tanta beneficia tot maleficijs rependere? an non hic amore aestuas anima mea? an non agnoscis honorem, qui in hac tibi mensa exhibetur?

*2. Reg. 9.* Miphiseth Ionathā h̄eres & Saulis filius natu minimus, cùm videret se à Rege dignum habitum, qui mensæ illius assiduus conuia foret, tanti beneficium hoc fecit, vt indignum se reputans, quamvis regio prognatus esset sanguine, summa animi dimissione dicebat: *Quis ego sum? seruus tuus, quia respexit super canem mortuum similem mei?*

Si Princeps hic tanti regiam mensam fecit,

quanti tui Dei tu facias oportet? si hic ita se deiecit, quod Regis conuia factus esset, quid te facere par est p̄ecator, qui dignus factus es corpus illius comedere, cuius tū creatura es? Esther Regina, in Regia dignitate stabilita, cùm superbum Amanum ad conuinium inuitasset, tanti ille beneficium hoc fecit, vt mortaliū se crederet felicissimum, suamque formam magnificiens apud amicos & familiares gloriaretur, dicens: *Regina Esther nullum aliū ad conuinium cū Rege vocauit, prater me, quasi diceret, O beatum me!* ecquæ mea hodierna die beatitudo, quod à Regina solus cum Rege Assuero sim inuitatus? Hoc animo voluas velim, ô homo, tecumque cogites maiorem honorem & gloriam tibi collatam esse, quod ad epulum Eucharisticum sis inuitatus, vbi Iesu Christi humanitas ipsa Regina est, Diuinitas verò Rex & Monarcha. Huc non cogitas homo, sed ad hoc Sacramentum velut brutum vecors accedis: adeò vt de te dicere non immitiò illud Prophetæ queam, *Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est in mentis insipientibus.*

Eis igitur. Auditores, mentem vestram purgare, desideria exacute, cogitationes sustollite, mirabilia hæc demiremini, Sacramentum hoc adorate, fidem hic adhibete, & summa cum reverentia ad ipsum accedite. Panes *Exod. 25.* propositionis in aurea collocabantur mensa, *Num. 8.* non verò in altari sanguine asperfo, forsitan vt constaret Sacramentum hoc non esse secundum ordinem Aaronis, qui in sanguinis effusione constabat, sed secundum ordinem Melchisedech, qui in caritate & dilectione suis erat, forsitan etiam, vt denotaretur quenam dispositio foret ad hoc Sacramentum recipiendam necessaria, id est, non in aliam id tum hoc secundum intromittendum, quam charitate aut secundum ordinem gratijs, virtutibus, meritis plenam. Ad nē Melchi-hoc igitur accedite, & illuminemini, nolite e-sedech, non rubescere, nec pudor faciem vestram opplegebit, verò Aaron Accedite ad eum, illuminamini, & facies vestras non confundentur. Accedite, inquam per fidem, illuminamini charitate, & facies vestra, spe roboretur, non confundentur: accedite cogitationibus, illuminamini verbis, & facies vestras non confundentur operibus: accedite humilitate, illuminamini gratia, & facies vestras non confundentur in gloria. Accedite Ethnici, *iustitia*

*ff. 3.*

*illuminamini Hæretiſ , & facies vestra non confundentur, Catholici.*

Eucharistie  
elogia.

O salutaris hostia, admirabile Sacramentum, fidelium communio, saluus conductus, animalium mortalium viaticum, defunctorum vita, debilium robur, cæcorum lumen, afflictorum gaudium, ægrotantium medicamentum! O mysterium sublime, quod inter Sacra menta es, quod sol inter planetas tu in te causam complecteris, alia non nisi effectum continent: tu Oceanus es, alia non nisi flumina, tu esse habes in facto esse, ut Theologi loquuntur, certa duntaxat in fieri ostuantem charitatis fornacem rubrum amore ardente hie roglificum omnis bonitatis, te nos supplices adoramus, ac viua fide credimus: sensu hic abjecimus, dicimus argumentis valete, rationem omnem ut suspectam habemus, & fidei certæ & infallibili pedibus aduoluimur. O panis delicias afferens Regibus, panis viæ, panis Angelorum, panis qui olim Eliæ tantum viarium ac roboris dedit, hodie animis nostris robur adde, mentem corroborata, affectus confirma, ut postquam in desertum vita huius labels, carnem inquam nostram, & ty rannum Achab, id est, mundum fugientes, concesserimus, in virtute tua non ad montem Oreb, sed ad montem Domini peruenire mereamur, ubi Sacramentum non erit amplius, & vbi velo ablato, ac figuris abolitis clare videbimus, quod hodie obscurè & inuolue credimus, quodque unica beatitudinis nostræ causa & obiectum erit, ad quam nos Pater, & Filius, & gloriſus Spiritus sanctus perducere dignentur,

Amen.



## CONCIO SECUNDÆ

INFRA OCTAVAM VEN.  
SACRAMENTI.

## SECUNDVM MIRABILE.

De vera & reali existentia corporis Christi in Eucharistia.

Partitio.

- I. Quod Eucharistia sit mysterium fidei.
- II. Hæretum de reali existentia enumeratio.
- III. Caluiniani Symboli eleuatio per figuratas.
- IV. Cæne figurantibz è verbis Domini refutatio.
- V. Fides Catholica de presentia corporis Scripturis aſtruitur.
- VI. Veritas Eucharistica docetur figuris, & rationibus.

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Pſal. 100.

## F I G V R A.

**A**RON Pontifex, postquam sanctuarium Num. 4. occluisisset, & omnia vasa sacra & suppellectilem illius sedulo collegisset, & inuolueret, filii Caath cura commissa erat, ut sacram hanc sarcinam, quamdiu populus procederet, semper inuolutam gestarent, nefas vero erat, nisi vitæ adire periculum vellent, eadem retengere, aut discooperire. O figura luculenta & peregria! Quod olim summus Sacerdos Aaron in veteri lege praestitit, Iesus Christus in noua feccisse comperitur: cum enim Ecclesiæ sua sanctuarium tot sigillis ac mirabilibus affirmasset, atque interiori sancta ac diuina Sacra menta, velut suppellectilem & vasa sua, atque inter illa Eucharistiam inuolueret, mandauit nobis, ut omnia illa inuoluta fidei humeris ferremus, nihil videntes, neque inspicentes, quamdiu Ecclesiæ castra in vita huius via progrediuntur, quan-